



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. iii. Signorum alia esse vniuersalia: alia particularia: & q[uo]d significet
geminatio solis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polícratici de Curialíũ nugis.

*De cornice
clamante.*

aq̃s auidius mergi cõspit:imbres expecta. Cum clamorem cornicis audies matutinum/pluuiam petit:haut ideo credo q̃ fit diuinius illis ingeniũ/aut rerum fato prudentia maior: sed quia morantes in aere motus illius citius sentiunt in seipsis & inde hilaritatem concipiunt aut merorem. Nec mirum cum & grauiora animalíũ corpora ad exteriorum motus frequentissime disponantur/& archano quodam nature consilio gerant elementis necessarium morem. Que enim animalium corporibus bona vel mala immineant:si se temporaliter/vel extemporaliter reddiderint tempora:ars phisicorũ regulis suis satis probabiliter cõprehendit. Futuram etiã sanitatem:aut egritudinem aut statum quem dicunt neutralitatem/fatalitatem quoq̃ ipsam ex precedẽtibus signis agnoscat:& interdum si causas nouerint efficacissime curant. Si vero vt verbo eorum vtãr causas ignorant quomodo curant? Nõ utiq̃ artis beneficio sed fortune:iudicium vero quod est signorum cognitione proferũt:& si difficile/sepe verissimũ est. Multis quoq̃ signis tranquillitas: et varie tempestatum forme procellarumq̃ produntur que velut in specula lune orbis insinuat. Ostendit namq̃ rubicundus color ventos/ceruleus pluuias:ex utroq̃ cõmixtus nimbos indicat furentesq̃ procellas. Letus orbis serenitatem nauigiis re-promittit: quam gestat vultu/precipue si quarto ortu is enim auctor certissimus est neq̃ obtusis cornib⁹ rutila:neq̃ infusa fuerit humore fuscata. Tunc enim totus & ille dies:& qui nascẽtur

*De medicis.
Fatalitas seu
pestilentia ex
pcedẽtibus si-
gnis agnoscit*

*De signis in
luna.*

ab illo exactum ad mensem vento pluuiãq̃ carebunt. Sol quoq̃ cadens interest vtrum equalibus gaudeat radiis / an obiecta nube rutillet/vtrum solito splendore fulgidus/an e ventis vrgẽtib⁹ igneus/niue sit pallidus an pluuiã sit impendente maculosus. Aer vero & mare ipsum/nubiumq̃ magnitudo vel species/plurimum afferunt instructionis. Sed & aues et pisces futurorum certissima produũt signa que Virgilius & Lucanus diuino comprehenderũt ingenio:sed & Varro in libris noualib⁹ dum sollicitos instruit nautas.

De signis sol.

*De signis
aeris/maris/
et nubium.
De signis au-
um & pisciũ.*

¶ Signorũ alia esse vniuersalia: alia particularia:& qd signifi- cet geminatio solis. Capitulu. III.

*De geminatio-
ne solis.*



¶ Ve vero in sole & luna fm naturam signa contigerint certissima sunt / & auctorum multorum testimonio comprobata. Solem quis dicere fallum audeat? Quotiens ergo sol in celo videbitur geminari: inundationem aquarum subiectus orbis expectet. Et licet a ra

ritate sui miraculis videat accedere: op⁹ tamen nature est: que quidē soles nō gemit: sed nubē similimā facit: vocaturq; pareliō. Est etenim pareliō nubes similima soli: signum quidē commune multis: & si nō generale. Signorum quidē alia particularia: alia vniuersalia sunt. Particularia vero faciunt singulis/vniuersalia multis aut vniuersis. Vtraq; autē modo ex clemēti dispositione creatoris/mōdo ex natura rerū:mōdo ex malicia demonum homines deo pmittēte ludificantū prouenire dicunt. Sed que & quō quave de causa: iudicium quidem difficile est & frequenter incertum: & sepe alti⁹ q̄ vt ab hominibus valeat expediri: eis tamen licentiori vanitate mathematicorū referti sūt libri. Eneas matre dea mōstrāte viā: data fata secutum se asserit: eo q̄ egrediēti lucifer: qui & venus donec ad ytaliam perueniret appauerit auspicianti. Defectus solis varios: luneq; labores: renū euentibus curiositas humana coaptat.

¶ De signis que precesserunt excidium hierosolimitanum nouissimum. Capitulum. IIII.



Etus narrat hystoria sic dicta q̄ est auctor eius incertus: et vetera refert q̄ imminente hierosolimorū excidio eclipsis lune per duodecim noctes continuas etiam in remotissimis locis protracta est: forte significans iudaice perfidie & superstitioni erroris euersionē/que christo per predicationem apostolicam mundo illucescente rectissime contigit. Scriptum est enim. Stultus mutatur vt luna: sapiens vero cum sole permanet. Alia quoq; q̄ plurima diuino super incredulos imminente iudicio acciderunt: que si per singula prout ab auctoribus digesta sunt cepero enarrare: vel sola hec proprium tempus desiderabunt & ocium. Pauca tamen auctore iosepho cōpendioso sermone percurram: eo q̄ ad roborandam fidem nostram proficiunt: et ad retundendam obstinatam perfidiam iudeorum. Quadraginta nāq; post admissum piaculū continuis protracta annis impiorum pena differtur. In quibus et apostoli omnes/ precipue tamē iacobus qui dicebatur frater dñi/hierosolimis episcop⁹ cōstitutus indefinenter populum cōmisse impietatis et feralis ausi de scelere commonebant: si forte possent cōmissi penitudinē gerere. Si possent flere p̄ scelere: & si vltices penarum flammis/lachrimarum vbertate restringere. Osēdebat nāq; eis deus per suā patientiā q̄ ipsorū quereret penitentiā: quia nō vult tm̄ deus mortē peccatoris: quātū vt cōuertat et viuat. Mollire autē adhuc mētis eorū duriciam nitebatur

Pareliō qd sit.
Signorū alia sunt vniuersalia/alia particularia.

Eneelucifer apparuit.

Hystoria veteris curdicatur.

Eccī. xxvij.

Iosephi dictū

Jacob⁹ q̄ dicebat frater dñi ep̄s hierosolimis cōstitut⁹ ē.

Ezechielis.
xvij. 2. xxxij.